



**CL. V. Ioannis Wamesii, I. C. Celeberrimi, In Academia
Lovaniensi Antecessoris Primarii, Responsorum Sive
Consiliorum De Ivre Pontificio Tomus ...**

Wamesius, Johannes

[S.l.], 1643

De ijs quæ vi metusve causa. Consilium LVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98691](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98691)

De ijs quæ vi metusve causa.

SUMMARIVM.

Metu ordinatus.

1. Metus reverentialis sufficit ad rescissionem.
2. Metus amittendorum bonorum an sit iustus.
3. Ordines metu suscepti an sint nulli, an verò rescindendi.

CONSILIVM LVII.

FACTI propositi veritate præsupposita, eo-
que etiam præsupposito, quod Andreas
Manriquez, de quo queritur, in sic susce-
ptis ordinibus Subdiaconatus & Diacona-
tus non deservivit, ex quo argui posset approba-
tio susceptorum ordinum; videtur quod susce-
ptio huiusmodi ordinum non teneat; propter
præcedentem metum, non tantum reveren-
tialem, qui solus per se plerique sufficere non vi-
detur ad inducendam invaliditatem contracti
matrimonij spiritualis per susceptionem ordi-
num, *pp. in cap. I. de ijs quæ vi metusve causa sunt*;
sed propter præcedentes quoque matris minas
de eo privando successione in suis bonis, si ad ejus
petitionem ordines hos non suscipere. * Hæ
enim minæ non minus quam verbera aut ti-
mor mortis conjiciunt etiam constantem virum,
multo magis adolescentem minorem, in iustum
metum; cum timor amittendorum bonorum
seu amittendi patrimonij, timori mortis compa-
retur, *cap. Abbas eod. tit. l. Propter litem de excusat.*
sut. Bart. in l. si ob turpem nu. 6. de condit. ob turp.
caus. potissimum quod huiusmodi matris minas, &
earum executionem, non vano timore metuerit;
sed presenti periculo propter illius iracundam in-
stantiam, & conformem voluntatem defuncti pa-
tris sui testamento declarata. * Verum quo-
niam hæc coactio, quæ ex hoc metu oritur, non
præcisè & absoluta fuit, quæ hoc operari solet, ut
omnino nulla voluntas in actu consilii debeat,
sed conditionalis tantum; à qua non intelligitur
abesse voluntas, *l. si pare cogente de ritu nupt.* non
potest dici hæc ordinum sic facta susceptio omni-
no ipso jure & facto nulla; sicuti regulariter quæ
metu fiunt, quia non possunt dici fieri sine volun-
tate, licet coacta, *l. si mulier §. penult. de eo quod
met. caus.* ipso jure nulla non sunt, sed tenent; li-
cet officio iudicis rescindi possint. Et quamvis
plerique existiment, in spiritualibus proclivius
induci nullitatem actus, propter præcedentem
metum etiam conditionalem, ut est in voto, in
professione religionis, in electione, & similibus;
id tamen non obtinere tradunt in his, ex quibus
character imprimitur, qui sic etiam coactè susce-
ptus, cum sit indelibilis, nullitatem actus avertit:
imò quod magis est, etiam rescissionem, quæ ex
officio iudicis procedit, impedire solet, *c. Maiores.*
*§. Item queritur & ibi Panorm. in fine de baptis. idem
Panorm. in c. 2. in fine de his quæ vi metusve caus. Cos-
fred. in summa tit. de etate & qual. ordin. versic. circa
hanc distinct.* Ita ut decisio casus propositi, quoad
modum liberandi dictum Andream à sic suscepto
spirituali characterē, an scilicet vi ordinaria ab-
solvī possit à sic susceptis ordinibus, non satis sit

expedita: ideoque tutissimum esse putemus à Sum-
mo Pontifice impetrare dispensationem adversus
hos ordines, ut in simili respondisse se scribit Mar-
tinus Azpilcueta Navarrus, in *Manuali confessor. c.*
22. nu. 51. de filio maximi Principis Infantis, &
patrui Regis Portugallie, qui ordinem Diacona-
tus simili reverentia & metu susceperat.

De in integrum restitutione.

SUMMARIVM.

Restitutio in integrum ex
minore etate.

1. Nullitas & restitutio accumulari possunt.
2. Nullitas & appellatio coniungi possunt.
3. Prærogari potest iurisdicção delegati ad universitatem
causarum.
4. Resciscens iudicium cum rescissorio coniungi po-
test.
5. Nullitas triginta annis proponi potest.
6. Tempus quadriennij ad restitutionem integri obtinen-
dam quando incipit currere.
7. Minor etas probatur ex datione curatoris.
8. 11. Minoria res immobilis alienari non potest sine solemn-
itatibus, & quæ illa sint.
9. Minor curatorem habens pupillo comparatur.
10. Curatorem habenti alius non datur.
12. Alienata re minoris non creditur Iudici vel Notario
asserenti rem ex iusta causa alienatam.
13. In alienatione rei minoris an pro auctoritate sit Scabi-
norum præsentia.
14. Curatoris auctoritas validat contractum, non tamen
restitutionem excludit.
15. Consuetudo non efficit, ut à contractu minoris exclu-
datur restitutio integri.
16. Restitutio integri ubi nulla est læsio non concedi-
tur.
17. Minor læsus dicitur, si inconsulè res eius sit ven-
dita.
18. Restitutio integri non impeditur per rei melioratio-
nem.
19. 21. Restitutio minoris non impeditur per pretij receptio-
nem.
20. Restitutioni obtenta minor renuntiare potest.
22. Restitutio integri non amittitur, si minor rem vendi-
tam maior factus tradiderit.

CONSILIVM LVIII.

ACCUMULATIO nullitatis & restitu-
tionis integri de jure permixta est, ut di-
stinctivè ex altera concludi possit, *c. Con-
stitutus de restitut. in integr. Guido Papa, de-
cis. 143.* quamvis enim alternationis libellus pro-
pter incertitudinem plerumque ineptus sit, *l. vbi
autem 75. §. qui illud penult. & ibi Bart. de verb. oblig.*
dum constare potest, utrum ex duobus præcisè
peti possit; distinctivus tamen, ut utilis, tolera-
tur, cum non purè & simpliciter duo contraria vel
contradictoria petuntur, sed subordinatè: eligitur
enim ex duobus diversis remedijs alterum, licet
sub conditione, *latè Cast. conf. 65. Viso quodam libello
vol. 1. Car. Ruinus conf. 58. Visis & diligenter nu. 18.*
vol. 3.